De illo; & quot devincebat, argumentum, li-
tigatores?

CXLIX.

Sufficiat tibi, scientia in idiota, pro miraculo,
In paganismo; & eruditio pulchra, in orpha-
no.

CL.

Ei deserviebam *hoc* encomio, propter quod re-
missionem peto,

Peccatorum ætatis *transactæ*, in carmine &
servitiis, *aliis factis*.

CLI.

Cum mihi torquis instar appenderunt id, cujus
metuendi erant exitus,

Ac si ego, propter illa, pecus *fuissem* sacrificale.

CLII.

Morigeratus sum errori pueritiæ, in statu utro-
que,

Et non mansi, nisi super delictis, & poeni-
tentia.

CLIII.

O *videte* damnum animæ, in mercatura sua!

Non commutavit, obedientiam cum mundo, &
non licitata.

N

Bibliothek der
Deutschen
Morgenländischen
Gesellschaft

606

قند

ومن بيع اجلا منه بعاجله
بين له الغبن في بيع وفي سلم ﴿١٠﴾

قنه

ان ات ذنبا فما عهدي بمنقض
من النبي ولا حبلي بمنصرم ﴿١١﴾

قنو

فان لي ذمة منه ينسبيني
محمددا وهو اوفي الخلف بالذم ﴿١٢﴾

قنر

ان لم يكن في معادي اخذا بيدي
فضلا والا فقل يا نرلة القدم ﴿١٣﴾

قذح

حاشاه ان يحرم الراجي مكارمه
او يرجع الجار منه غير محترم ﴿١٤﴾

قنط

ومنذ الزمن افكاري مدايحه
وجدته اخلاصي خير ملتزم ﴿١٥﴾

قس

ولن يفوت الغني منه يدا تربت
ان الحما ينبت الزهراء في الاكم ﴿١٦﴾

Bibliothek der
Deutschen
Morgenländischen
Gesellschaft

Et

CLIV.

Et quicumque commutabit, coeleste suum cum
terreno suo,

Patescet ei deceptio, in commutatione, inque
solutione prævia.

CLV.

Si patrabam peccatum, non tamen foedus meum
est fractum,

A Propheta; neque funis meus est disruptus.

CLVI.

Nam mihi ab eo protectio est, propterea quod vocer,
Mohammed; & ille omnium fidelissimus est in
protectionibus.

CLVII.

Si non erit, in resurrectione mea, prensurus
manum meam,

Ex gratia: Et nisi. Tum dic: O pedis lapsus!

CLVIII.

Abfit ab eo, ut prohibeat sperantem, a benefi-
ciis suis,

Vel revertatur ab eo, clientelam petens, haud
susceptus.

CLIX.

Et ex quo, applicui meditationes meas, ad ejus
laudes,

Expertus sum ipsum, pro salute mea, curato-
rem optimum.

CLX.

Et nequaquam præteribunt, opes ejus, manum
pauperatam,

Enimvero pluvia, flores producit, in collibus.

قسا

ولم ارك زهرة الدنيا التي قطعت
يدا زهير بما اثني علي هزم ❀

قصب

يا اكرم الخلف ما لي من الون به
سواك عند حلول الحادث العمم ❀

قسج

ولن يضيق رسول الله جاهك بي
انذا الكريم تجلي باسم مننقم ❀

قسد

فان من جودك الدنيا وضرتها
ومن علومك علم اللوح والقلم ❀

قسه

يا نفس لا تغطي من نزة عظمت
ان الكباير في الغفران كاللحم ❀

قسو

لعل رحمة ربي حين يقسمها
تاتي علي حسب العصيان في القسم ❀

قسز

يا ربي واجعل رجائي غير منعكس
لديك واجعل حسابي غير منخرم ❀

Et

C L X I.

Et non desideravi florem mundi, quem decerpserunt,

Manus Zoheir, ob laudem, qua extulit Haremum.

C L X I I.

O maxime mortalium, non erit mihi, ad quem confugiam,

Præterquam tu; cum descendet Accidens universale!

C L X I I I.

Et nequaquam arctabitur, Legate Dei, tua in me potentia,

Cum Clementissimus, revelabit se nomine vindicis.

C L X I V.

Namque, ex bonitate tua est mundus, & illius opes,

Et ex scientiis tuis, scientia Tabulæ, & Calami.

C L X V.

O anima, ne desperes ob lapsum grandissimum, Peccata enim majora, in condonatione, sunt ut minora!

C L X V I.

Fortasse, misericordia Domini mei, cum eam partietur,

Ventura est, juxta rebellionis quantitatem, per partes,

C L X V I I.

O Domine mi, & fac, ne spes mea præpostere sit disposita,

Apud te; & fac, ne opinio mea rimis fatiscat!

O

والطف

قسط

والطف بعبدك في الدارين ان له
 جيرا مني تدعه الاهوال ينهزم ☪

قسط

واذن لسحب صلاة منك دائمة
 علي النبي بمنهل ومنسجم ☪

قع

ما مرحت عذبات البان مريح صبا
 واطرب العيس حادي العيس بالنعيم ☪

الحمد لله وحده



CLXVIII.

Et esto propitius erga servum tuum , in domo
utraque ; nam ei ,
Patientia , quando provocant eam terrores ,
frangitur.


CLXIX.

Et præcipe nubibus benedictionis tuæ perennan-
tibus ,
Super Prophetam , *pluviam* valde profusam &
effusam.

CLXX.

Quamdiu motabit , ramos myrabalani , subsola-
nus ,
Et exultare faciet , camelos albos flavo mix-
tos , præcentor eorum , phthongis.

Laus Deo Soli.



RABIA MAKROUMIDES.

بانن سعاد فامسي القلب معهودا
واخلفنك ابنة البحر المواعيدا ❖


Discessit *Soad*, unde cor dolore est confractum;
Et fefellit te, (h. e. me) Nobilis filia, quoad
promissa.

MOHTALUS.

بكينت علي الوادي فحزمت مائه
وكيف يحل الما واكثره دم ❖

Flevi super alveum, aquamque ejus feci illicitam,

Et qui aqua foret licita, cum pars ejus maxima sanguis?



ORIGINES ARABICO-HEBRAICÆ.

Penso, quod mihi datum erat ex Bibl. Lugduno-Batava, absoluto, progredior ad *Origines Arabico-Hebræas*. Verum, insperato & inopinato causarum quarundam concursu circumfusus, prout debita illi adnectere non poteram *Scholia*, ea licet, ex amplissimo Merzoukii Commentario, strenue congesserim, latineque reddiderim, unde *præfatuncula* est desumpta: ita quoque *Origines*, haud plures, quam septem aut octo, producere poterō. Sequentes igitur, siquidem *nervi & artus sapientiae sunt*, non temere credere, & scopus debet esse *veritas*, justo atque æquo *Sapientiorum* iudicio, lubens committo.

יָדָן, أَمَض, أَمَض.

Radicem יָדָן recte exponi a Lexicographis, per *Validum esse, robustum esse, contentis viribus esse, vel agere*, non nego, veruntamen,
 P. quia

quia de *originaria notione* est hodie *quæstio*, seu de *re illa*, ad quam significandam, *originaliter ac primordialiter*, vox aliqua est condita atque destinata, subsistere, illis in *notionibus*, nequeo. Ne ergo fiat *secus*, quam oportet, confero *R.* illam cum *RR.* *امض* & *ومض* Arabum. Prior a *Cl. Gol.* sic vertitur: *Non curavit & neglexit objurcationem.* Posterior in *I.* sic: *Leviter splenduit micuitve fulmen, non se late diffundens per nubes.* Pulchra sane hæc est descriptio & egregia, sed *primigeniam virtutem* exstinguens. Cur? Quia tantum virium significatarum *fulminis* communicatum est cum *R.* quantum virium significatarum *R.* communicatum est cum *fulmine*; quare per secernendi modum, quod *R.* est *R.* tribuendum, & quod *fulminis* est *fulmini* dandum. In *IV.* *Furtim virum aliquem adspexit mulier, & clandestinum illi indicium fecit.* Hæc amœnior illa, & valet ex dicta ratione atque potestate: *Leviter splendere micareve fecit oculos mulier, non late diffundens illos per virum.* Plures mihi non suppetunt *notiones*, tribus tamen verbis rem confici posse puto. Vides *lucis*, seu *radios* exporrigi ex *fulmine*, & diffundi per *nubes*: consimiliter vides *lucis*, seu *radios* exporrigi ex *oculis* & diffundi per *virum*. Duo sunt *extrema*, unum *medium*,

me

*medio autem tutissimus ibit, quisquis feliciter volet
 attingere metam. Ibo itaque per radios, nam
 his, duas in essentielles partes, sectis, vires
 significativæ (ut ita loquar) secernentur; & sub-
 ducta lucis ab radiis idea, prodibit origo. Seco
 autem hunc in modum: Filamenta Lumina, seu
 filamenta luminosa; nam constant radii, ratione
 tenuitatis suæ, ex filamentis, ratione vero sub-
 stantiæ luminosæ, ex lumine; quare lumina re-
 stituo fulmini, & filamenta R. reservo. Sed pro-
 be nosti, Hebræum robur cum filamentis Arabico
 in unam conflatum massam, efficere in animalibus
 fibrillas nerveas per totum corpus dispersas
 atque diffusas, quibus illa roborantur. Ergo abs-
 que ambage concludo, certissimam trium R. o-
 riginem sitam esse, in villosissimis, filamentaribus,
 fibrillaribus & capillaribus plantarum seu arborum
 radicibus. Unde primus Applicator in ⲙⲟⲩⲟ sic
 ratiocinatus est: Quemadmodum hæc vel illa
 radix se diffudit in tenuissima filamenta, seu fi-
 brillas per terram: ita hoc fulmen se diffudit in
 tenuissima filamenta luminosa, seu fibrillas lumina-
 res per nubes. In ⲙⲟⲩⲟ sic: Quanti fecit ca-
 pillamentum hujus vel illius radicis, tanti fecit objur-
 gationem, scil. capilli fecit illam, & habuit fila-
 menti instar, h. e. neglexit, non curavit. In ⲙⲟⲩⲟ
 P 2 sic:*

sic : Quemadmodum *diffusa* est hæc vel illa *radix* in *filamenta* seu *fibras* ; adeoque bene *fibrata* est facta : ita hic homo *diffusus* est in *filamenta* seu *fibras* , adeoque bene *fibratus* , bene *musculosus* factus est , h. e. *robustissimus*. Zach. VI. 3. 7. Cl. *Sim.* in Lex. vult significari per אַרְצֵי פָּלִידִים *pallidos* equos, sed *pallorem* non inesse R. patet ex dictis, *villosissimos* itaque seu *capillosissimos* intelligo.

عرض ערץ

Thema morbidum, quale est ערץ in Lexicis, quoniam *origine* sanatur, concipimus *animantia fronte concurrentia & compugnantia*, istiusque *originem* in horum figemus *fronte*, hoc pacto: *Notiones*, sub عرض Arabum, quatuor sunt *cardinales*. Prima est sub n. 1. *Adversus* occurrit & restitit. Secunda sub n. 4. *Transversum* impegit gladium. Tertia sub n. 6. *Fracta* & calamitate affecta fuit, maloque aliquo laboravit camela. Quarta sub n. 9. *Latitudine* præditus fuit. Verum *notiones* hæ, non aliunde, quam ex dicta *fronte*, fluere possunt. Prima, quatenus *frons* in *objectum* dirigitur, illique *obvertitur*; five, quatenus *fronte* incurritur in *frontem*, & ita resistitur. Secunda, quatenus *frons* in *facie transversum*

versum est posita. Tertia; quatenus *frons fronti*
impacta frangitur, & animal calamitosum reddi-
 tur. Quarta, quatenus *frons exprimit latitudinem*
faciei. Addo: *عَرَضٌ*, est *Anima*, quia *frons* præ
 se fert *animæ signa*; it. *Honor*, quia ille in *fronte*
geritur; nec non, *Vallis arboribus consita*, quia in
frontem incurrere dicuntur, quæ passim sunt ob-
 via. Et *عَرَضٌ* cum significat *Lustrationem militum*,
 intellige *actionem*, qua eorum *frontes*, Ducis *fron-*
ti obvertuntur. *Parabolica* quoque *similiave dicta*,
 sub *مَعْرِضٌ*, sunt *confrontata dicta*. Ergo infe-
 ro, indubitata *RR. ערץ & ערَضٌ* *originem*, sitam
 esse in *fronte*, h. e. in *fronte animantium*, ea
 concurrentium, atque compugnantium. *Inventa*
origine, quædam jam reformabo loca. Psal. xxxvii.
 35. *רשע ערץ* *Improbus frontosissimus*. *Impudens*,
audax. Jer. xx. ii. *כנבור ערץ* *Velut heros fronto-*
fissimus. *Intrepidus*, timore carens. Deut. vii.
 21. *לא הערץ מפניהם* *Ne verte frontem ab illorum*
facie. *Observetur*, phrasin, *vertere frontem ab*,
 metus esse indicium, in animantibus dicto modo
 certantibus. Job. xxxi. 34. *כי אערץ המון רבה ובוו*
משפחות יהתני ואדם לא אצא פתח *Quum fronte incur-*
rebam (casu quo incidebam) *in turbam magnam*;
 & *contemptus familiarum consternabat me: tum con-*
 Q ticiui;

ticui; non exhibam foras. Est periodus quadrimem-
bris, more Arabico structa, cujus duo membra
in protasi, respondent duobus membris in apodo-
si, singulum singulo; & sic sunt componenda;
Quum per accidens offendebam, hic vel illic, tur-
bam aliquam magnam, tum tacui prorsus, non me
immisoui; & quum contemptus familiarum circum-
circa habitantium consternabat me, non egrediebar
ostium. Habe Carm. LXXVIII. pro exemplo Job.
 XIII. 25. העלה נדרף הערוץ *Num folium excussum*
affrontabis? Num aggredieris? adorieris? Jef. II.
 19. *Et intrabunt in cavernas rupium, & in fos-*
sas pulverulentas, propter conspectum formidolosum
Jehovæ, & propter gloriam majestatis ejus, בקומו
לערץ הארץ cum surget ad affrontandum terram. Ad
provocandum illam in pugnam. In הארץ est
זכר מכל וארסוה חאל. Ea, quæ Cl. J. W.
Schroed. in Comment. in Psal. x. de לערץ isto,
 p. 337. narrat, fide sunt majora, & cum textus
 tenore vix coherentia; causa est fallacissima *vi-*
brandi origo. Psal. x. 18. לשפט יהוס ודרך בל
Ad vindicandum pu-
pillum, ut attritus esse ne pergeret amplius; & ad
effrontandum hominem improbum, ex terra. Pul-
cher hic admodum est versiculus, & multa com-
prehendens. I. Deum, tanquam Judicem summum.
Per-

2. *Personas litigantes*, quæ sunt, יתום & אנוש, quæque ideo necessario opponuntur. 3. *Deliberatum a parte יתום*, quod est, ut ne pergeret amplius esse attritus. 4. *Deliberatum a parte אנוש*, quod est, ut fronte velut impacta, ex terra exturbaretur. Versio Cl. J. W. Schroed. est sequens. Ad vindicandum iudicio pupillum & attritum; non perget ille ulterius, vehementer concutiendo disperdere hominem debilem e terra. Cur versio hæc stare non possit, colligat, qui vult, ex præcedentibus. Hoc tantum habeo monendum, nempe, Cl. Virum, ellipsin, ille, traxisse ex פ. 15. שבר ורוע. רשע ורע חרוש רשעו כל תמצא & ita hunc vertisse: *Frangere brachium improbi turbatoris; & ad malum illum* (probitate & robore cassum) quod attinet, si *investigabis improbitatem ejus turbatricem, non invenies*. Quantum ad me, hanc ego *versionem* non intelligo bene, candide fateor, sed sequentem, quæ unice vera est & categorica, optime capio. *Frangere brachium improbi, ut malum, quod querit improbitas ejus, ne inveniat*. Nihil certe verius, & conceptu facilius, nam *improbitas improbi, semper querit, semper cupit, semper desiderat inferre malum, verum fracto improbi brachio, improbitas invenire, exsequi, inferre nequit malum; & Psalter id tantum petebat a*

Q 2

Deo

Deo, per tria *motiva*, tribus sequentibus versiculis comprehensa. Revocetur in memoriam, pleraque segolata nomina, recipere posse *utrumque genus*. Jes. xxix. 23. את אלהי ישראל יעריצו *Deum Israël tenebunt ante frontem*. Gestabunt in *fronte* & tanquam carissimum ferent in *oculis*. Hiph. enim dat: *Fecit ut maneat sitque quid ante frontem*. Jes. viii. 12. ואת מוראו לא תיראו ולא תעריצו *Et timorem ejus ne timete, neque ante frontem tenete*. Contemnite, nihili facite. Psal. lxxxix. 8. אל נערץ *Deus obversis frontibus adoratus*. Omnium oculos & frontes in se *conversas & directas* habens, in concilio Sanctorum.

יה מהל

Sub מהל duas in Lexicis reperio *notiones*, unam *mixtionis* vulgaris, unde part. Pahul מהול Jes. I. 22. redditur *mixtum*; alterum *circumcisionis* Talmudicæ, unde Cl. Cocc. מהול exponit *circumcisum*. Sed utraque notio est insufficientis & eliminari digna. Confero igitur R. Heb. מהל cum R. Arabum יה, & *decisivam loci versionem* illico parabo. Triplicem tantum *notionem* sum exhibiturus, quia, omnes quotquot יה habet *notiones*, dispescuntur, in *vitiosum* quid, *lentum* quid, &

& *properum* quid. Quod attinet ad *vitiosum* quid.

Der. *Jes* inter alia exponitur, *Pus*, *sanies*, it. *venenum*. Voce unica exprimimus, *virus*, nam hoc notat *venenum*, nec non ichores ex ulceribus manantes, scil. *saniam*, quæ *pus* est. Ast *pus*, ex sanguine putrefacto, est ortum, h. e. ex sanguine, cujus omnes qualitates bonæ, quæ in primitiva ejus adesse debuere constitutione, evanescebant, digrediebantur; unde mens duas ad res sponte determinatur. Una illarum est, a qua bonæ qualitates, quæ in primitiva ejus constitutione adesse debuere, digrediuntur, *altera*, quæ digressa est, nempe, bonæ qualitates, quarum digressio, est malarum successio. In dicto loco significat *סבא* *vinum*; *vinorum* autem qualitates bonæ, in *odore*, *sapore*, & *colore* consistunt. Sed *Jes* facit ex sanguine, per digressionem bonarum qualitatum, & successionem malarum, *pus*. Ergo & *טהול* per digressionem bonarum qualitatum, & successionem malarum, in *vappam* convertit *vinum*. Quod attinet ad *lentum* quid. *Vappa* per metaph. pro homine ignavo, inerte, & in quo nihil est industriæ aut solertiæ, pereleganter ponitur. Vides unde nata est illa sub R. *sensim*, *quiete*, & *commode* *incedendi*, *agendique* *quid*, *notio*; & *pix* *liquida* est *vapida*. Quid jam sit *properum*

R

quid

quid, ex Der. alio *יָהוּ*, *commode & lente festinanda* idea, suggerere potest cuique. Ergo concludo, induciam RR. *מהל & יהו* *originem*, consistere in *Vappa*. Unde locum *Jes. I. 22.* *סבא מיהו* sic verto; *Vinum tuum vappatum erit in aquas.* Ita conversum erit in vappam ut mera evadat aqua; nam *סבא מיהו*, est *vinum in vappam conversum*, *Ἐτεροπιας οἶνος.* *Derschælden Wm / Teckwim. Rev. Ger. Kuyp. in Notis ad Carm. Ali B. A. T. p. 176.* locum istum vertit: *vinum tuum spurcatum erit urina.* Sed hæc *versio* mole sua ruit.

جری نרה

Verbum *נרה* nobilius est, quam præcedens, verum in Lexicis, per *miscere, turbare, irritare, exasperare, concitare, incitare*, non bene versum, neque cum Arabica R. *جرى* rectissime fuit collatum. Ratio erit sequens. Arabum *جری* valet in I. *Fluxit, cucurrit, processit.* In II. *Delegit sibi vel constituit Legatum.* Sed *Legatus* ille *جری* vocatur. Ergo *جری جری* valebit in I. *Cucurrit Legatus;* & in II. *Currere fecit Legatum, si ve, constituit ad currendum.* Hebr. *נרה* ita jungitur cum *מלחמה*, ut etiam absolute efferri possit, *מלחמה* subintellecto. Ergo, si hæc illi infundatur

tur

tur vis, *جرى جرى* significabit in I. *Cucurrit Legatus clarigatum bellum*, sive absolute, *cucurrit ille clarigatum*; & in II. *Constituit seu fecit Legatum currere ad clarigandum bellum*, sive absolute, *ad clarigandum*. Sisto gradum & sistere debeo, nam *גרה* nihil vult aliud, quam *clarigare*, h. e. den signanden oorlogge ontsteden / *יא' t' dat su niet en willen doen dat recht is* / & *cursus* ille analogice ad multa flexus, qui per R. regnat, propr. tantum est *clarigatorius*; talis nempe, qualis, in *Legatis*, quorum unus *Verbenarius* est dictus, inquit Plin. lib 22. c. 2. ad hostes *clarigatum missis*, requirebatur. Infero igitur, *originem RR. גרה & جرى* sitam esse, in *Clarigando*, *clarigatum eundo*, *currendo*, h. e. in ipsis *Legatis clarigatum currentibus*, atque *جرى* ult. *elif*, immediatum *clarigationis* expressisse effectum in militibus, ipsam nimirum *animositatem & audentiam*, qua, cum post *clarigationem*, hasta in hostium fines missa, indicebatur belli principium, *ad certandum*, *ad confligendum*, *res quascunque rapiendas*, ruebant. *Æneid. 9. v. 53.*

*En ait; jaculum intorquens emittit in auras,
Principium pugnae.*

Et 10. v. 14.

Tum certare odiis, tum res rapuisse licebit.

R 2

His

His præmissis pergo ad loca. Prov. xv. 18. xxxviii. 25. xxix. 22. ותגור יגרה מרון *clarigat litem*. Deut. 11. 24. ותגור בו מלחמה *Et ito clarigatum contra eum bellum*. Dan. xi. 10. וכניו יתגרו *Et filii ejus clarigatum ibunt*; & mox eodem vs. ותגרה עד מעוה *Et clarigatum ibit usque ad arcem ejus*. Deut. 11. 5. אל תתגרו כם כי לא אתן לכם מארצם *Ne ite clarigatum contra eos, nam non dabo vobis de terra eorum*. 2 Reg. xiv. 10. & 2 Chron. xxv. 19. ולמה תתגרה ברעה *Et cur ires clarigatum cum malo*. Pernicie tua. Prov. xxxviii. 4. ושמרי תורה *Et observatores legis, clarigatum eunt contra eos*. Dan. xi. 25. ותגרה למלחמה בחיל גדול *Ibit quidem clarigatum bellum, cum exercitu magno, sed*. Jer. L. 25. כי ביהוה התגרות *Nam contra Jehovah clarigatum ivisti*. non est simpliciter guttur, sed guttur clarigatorium, quo clamores eduntur ingentes. Jes. LVIII. 1. קרא בגרון *Clama gutture clarigatorio*. Psal. v. 10. קבר פתוח גרנם *Sepulcrum apertum guttur eorum clarigatorium*. Psal. xxxix. 11. מהגרת ירך אני כליתי *Præ clarigatione manus tuæ, ego consumor*. Cel. A. Schultens, RR. & جري, quas nos conjunximus, disjungendas arbitratus est, ait enim in *Clav. Dialect. p. 199.* frustra conferres cum جري *cucurrit fluxit*, est enim haud dubie جري *conglutinavit, conglutinatus adhesit*; idcirco loca Biblica, per *glutinandi*

nandi notionem, illustravit. Tu id elige, quod est verius, namque veritatis Sacrosanctæ, non vero, Magni hujus Viri, agitur hic res.

لَوْنٌ لَوْنٌ

Verbum لَوْنٌ per *commorari*, *pernoctare*, it. in Hiph. & Niph. per *murmurare* redditur; quæ tamen significatio, inquit Cl. Sim. quia nihil commune habet cum sensu *commorandi* sive *pernoctandi*, potius referenda est ad aliam verbi formam, لَوْنٌ. Non possum adduci ut rear, nam natura vocabuli, est in *palliando*, non in *commorando*. Attendatur. Arabum لَوْنٌ valet in II. *Coloravit*; in V. *Mutavit animi affectum, eoque mutabilis fuit*. Ubi vides *colorem* ad *animum* esse translatum. Sed Der. لَوْنٌ *color*, apud Poëtas sæpe ponitur pro ثَوْبٌ *veste*, & ثَوْبٌ *vestis*, vice versa pro لَوْنٌ *colore*. Ergo لَوْنٌ hac potestate aucta valet in II. *Veste colorata induit*; & in V. *Induit animum veste colorata, eaque coloratum habuit animum*. Verum facta *harum*, cum præfatis Hebr. לَوْنٌ *notionibus*, colliquefactione, *vestis colorata* in II. convertetur in *Pallium cubiculare coloratum, Pallium cubitorium coloratum*, & in V. quia ad *animum* transfertur, in *Pallium iniquitatis coloratum* mutabitur. Triplex ergo notio

S

com-

commorandi, pernoctandi, & murmurandi, tantum ex Pallio, dictis modis sumpto, profiluerat, in primo enim commoramur, in secundo pernoctamus, in tertio autem murmuramus, & ex causa falsa iniqua facimus. Nonne in rigore belle verto? Jer. iv. 14. עד מתי תלין בקרבך מהשבות אונך Quo- usque palliabis in medio tui cogitationes vanitatis tuae? Lev. xix. 13. לא תלין פעלה שכיר אהך Ne pallies mercedem mercenarii tecum. Ne astute celes & dissimules. Genes. xxxii. 2. לן בלילה ההוא bene vertitur: pernoctavit in nocte illa. Verum, 2. Sam. xii. 16. ובא ולן ושכב non bene vertitur: & intravit, & pernoctavit, & decubuit; antequam enim decumberet, induere debebat pallium cubitorium. &c.

שבת שבת

R. سبت una cum Derivatis, sex præcipuas habet notiones. Prima, est sub spec. I. *Æquabilis, non crispa fuit coma.* Secunda & tertia, sub spec. II. *Se prægnantem ostendit camela. Abortum fecit ovis.* Quarta & quinta, sub Der. سبت Tribus, *Nepotes.* Sexta, sub Der. سبابة *Pulvis & quisquilia, quæ verendo ejiciuntur domo.* Quæritur ubi harum notionum origo? Resp. illa revera perit, & origo in totum

tum perire solet plerumque, quoties proprietates suas, *vi analogica*, in peregrina subjecta transfundere cogitur; illam tamen, *antiquum originationis genium* rite intelligens, data *notionum debita quantitate*, invenire potest. Pensitetur igitur sequens *notionum datarum nexus*, & *educta inde conclusio* examinetur *analogice*. Nempe, שבת est *virga*, sed *virga* juncta cum *notione* prima, fit *equabilis*; porro, *virga equabilis*, juncta cum sexta, gignit *virgas superfluas*, quæ *refecantur*; deinde, *virgæ superflue*, quæ *refecantur*, junctæ cum secunda & tertia, producant *pullos immaturos*, *foetus abortivos*; denique, *pulli immaturi*, juncti cum quarta & quinta, generant *stolones ex radice arboris* vel *stirpe enascentes*: ulterius ire, nec licet, nec possum, nam R. שבת tantum *stolones e stirpe enascentes* postulat. Ergo concludo *originem RR. שבת & שבת* sitam esse, in *Stolonibus ex radice arboris* vel *stirpe enascentibus*. Vide jam *analogias*. In I. Quemadmodum hujus vel illius *stirpis stolones*, sunt *equabiles*, non *crispi*: ita hujus vel illius *hominis crines*, sunt *equabiles*, non *crispi*. In II. Quemadmodum hæc vel illa *stirps se prægnantem ostendit stolonibus*, sive, *foetibus*; nam *stolones* sunt *pulli & foetus*: ita hæc *camela se prægnantem ostendit foetu*. It. Quodmodum hæc vel illa *stirps sto-*

lones fecit, sive, foetus abortivos; nam stolones sunt foetus abortivi & pulli immaturi: ita hæc ovis foetum abortivum fecit, sive, abortum fecit. Tribus est Stirps, Virga est Stolo, & Nepotes sunt Stolones. Quisquilia autem, quæ verrendo ejiciuntur domo, exhibent stolones, qui refecando ejiciuntur stirpe, Cl. J. W. Schroed. in Comment. in Psal. x. p. 108. originem R. طس , collocavit in *Aequabilitate in rectum porrecta*, eamque, ex Gjeuh. & ex Poëtis, insinuavit fortiter. Nos concedimus, notionem *aequabilitatis in rectum porrectæ*, occurrere apud Gjeuh. occurrere apud Poëtas, occurrere quoque apud Gol. sed originem esse, vel constituere posse, vel & unquam habitam fuisse apud Arabes pro origine, profus negamus.

دال ٧١٦

Lepida R. ٧١٦ , amat & diligit, quemadmodum دال ٧١٦ . Sed unde hæc amandi diligendi notio? Eam perpol, ni me fallant omnia, a Cane domestico, cauda sua, Heris suis, blandiente, & placere studente, rapuerunt simplices Mortales. Sequentia, ab harum Musarum delubra colentibus, trutinentur. Arabum دال med. *waw*, unica

ca

ca pollens notione, exponitur, *Vermibus laboravit infectusve fuit* cibus; & unica hæc notio, remoto cibo, valet exprimere omnes, & qualescunque in genere *vermes*, sed in applicatione *vermes* specificantur, nam, si loquaris de panno, *vermes* sunt *tinea*, si de frumento, *vermes curculiones* vocantur. &c. Unde percipis, *subjecta* ejusmodi *applicativa* esse posse plura, *originarium* vero tantum unicum. Porro, sub Der. ^{וֹד}וֹד, reperio 1. *vermiculos*, 2. *sordes* seu *purgamenta dentium*, 3. *celerem virum*. Verum canibus domesticis, *vermiculos* inter dentes occidere, iisque *dentes* suos sordidare, proprium est. Ergo *vermiculi* isti, *pulices* sunt, & *pulices* inter dentes occisi, *sordes* seu *purgamenta dentium*, & quia canes *pulicibus* vexati, agiles sunt valde & irrequieti, *virum celerem* egregie pingunt; quare, invento *subjecto originario*, data R. ^{וֹד}וֹד notio, sic transformatur: *Pulicibus laboravit canis*. Denique, sub alio Der. ^{וֹד}וֹד, invenio *oscillum*, sed *oscilli* idea, tantum ex *cauda canis* in aëre *librata* & *agitata*, est enata, ergo R. ^{וֹד}וֹד, ista aucta vi, hanc notionem offert: *Caudam agitavit canis pulicosus*; & Hebr. ^{וֹד}וֹד *amore* admoto, illique immixto: *Cauda blanditus fuit canis pulicosus*; quod certe idem est, ac, *amavit, dilexit*, metonymicōs. Concludo, *originem RR.*

T

וֹד

דור & סלס sitam esse, in *Canibus*, cauda sua, He-
 ris suis, *blandientibus* & placere studentibus, *cani-*
bus scil. illis domesticis & *pulicosis*, quorum præ-
 cipua cura, circa דורים *ollas*, *cacabos* & *canistra*,
 versatur. Notio sub סולס altera, *murmur strepi-*
tusque ex tumultu hominum aut jumentorum, a ca-
 nibus est rapta, inter דורים, vel alibi, *commur-*
murantibus atque *tumultuantibus*. Excurrere hic
 possem, atque ostendere, quam sit admiranda
 hominum antiquorum, in comparandis & multi-
 plicandis ideis, simplicitas, ni esset properandum.
 Restat דוראים *Rachelis*. Quæritur quid hoc?
 Resp. ego nescio, sed, si ex *barbaria* liceat eli-
 cere *sapientiam*, per *Rachelis* דוראים, intelligo
Amarantos. Considera analogiam. Herorum *ca-*
nes sunt demulceri gaudentes, & lætiores postea
 exsultantes, nunquam etiam flaccescentes & sem-
 per fideles, ac postquam illis aliqua fuit illata in-
 juria, recepti in gratiam rursus blandientes; at-
 que ita *virtutem* exactissimam repræsentant *Ami-*
ca: *Amarantium flores* sunt decerpi gaudentes,
 & lætiores postea renascentes, nunquam etiam
 marcescentes & immortales, ac postquam flores
 cæteri defecere omnes, immerfi in aquam revi-
 viscentes; atque ita *imaginem* exactissimam repræ-
 sentant *Ecclesie*. Vide de his B. Fabri Thef.
 Erud. Schol. & ab eo citatum Plinium.

Ait

Ait *Merzoukius*. جري من حانة النساء ان ياخذن
 انواع النور كالبهار وغيره فيجعلنه تحت
 الخمر ويسبلنه علي خدودهن مكان السوالف
Olim mulieres, pro consuetudine sua, accipiebant flo-
res varios, ut buphtthalmum وٴ alios, eosque pone-
bant infra capitis operimenta, atque demittebant,
per genas suas, ad partes colli, quae sunt sub aure.
 Nonne formosissima *Rachel*, raris *Amarantis*, flo-
 ribus millies pulchris, ita condecorata, vultus sui
 majestate perculisset oculos?


قسيب קשב

Verbum קשב, male cum قشب *med.* ش col-
 latum, conferimus cum قسب *med.* س, ejusque
 originem collocabimus in animantibus, ad sonum
 quemlibet, qui قسيب vocatur, aures suas arri-
 gentibus, & postea deflectentibus, sive, in auribus
 eorum ad قسيب *se se arrigentibus & mox defle-*
ctentibus. Ad sequentia igitur aures arrige. Ara-
 bum قسيب *media Phath.* valet: *Fluxit aqua, De-*
flexit ad occasum sol; & media Damm. Durus fuit.
 Sed קשב *Hebr.* auscultationem infert, & initium
 auscultationis, in dictis animantibus, est arrectio
 aurium, conduratio aurium; finis vero, defluxio au-
 rium, deflexio aurium seu occasus. Ergo reducto
 originario subjecto, nempe, aure, & depulsis sub-
 jectis.

jectis peregrinis sive applicativis, nempe, aqua & sole, *قشب* media Phath. valebit: *Defluxit* auris, *Deflexit ad occasum* auris; & media Damm. *Arre-*
ta fuit auris, sive, *dura facta*; namque illa *arri-*
gendo dura redditur. Concludo, *originem RR.*
קשב & *قشب* esse sitam, in animantibus *aures* suas
ad *قشب* *arrigentibus* & mox *deflectentibus*. Plenæ
phrases: *Jes. xxxii. 3.* ואוני שמעים הקשבה
Et aures audientium arrigentur. *Psal. x. 17.* הקשיב
אונך *Arrigebas aurem tuam.* &c. Minus plenæ:
Jes. xlviii. 18. לוא הקשבה למצותי *Utinam ar-*
rexisses aures ad præcepta mea. *Psal. lxxvi. 19.*
הקשיב בקול הפלתי *Arrexit aurem in vocem præ-*
cationis meæ. &c. *Origo R.* *قشب* *med.* *ش* incon-
tradiciabilis, est in *Helleboro* sive *Veratro*, *Дия-*
krund / & quidem in utroque, nempe, *albo* &
nigro. *Chrysippus*, ut ad inventionem sufficeret,
ter *helleboro* animum deterfit, sed *aures*, hoc
veneno, nunquam purgavit.

SUFFICIENT.

 Typis WILHELMI DE GROOT.



D. De 4120

ULB Halle
001 050 567

3/1



